



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 10. Imperator Carolus IV Romæ versatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

**Sæcul. XIV.** Septimus, Petrus Bagnacensis dictus  
A.C. 1368. ob patriam suam in Marchia, & dioecesi  
Bal. p. 1030. Lemovicana sitam. In Universitate Tolosana litteras discens a Cardinali Hugo-  
 ne de S. Martiale mutuatus erat Cicero-  
 nis opera duobus voluminibus comprehen-  
 sa: quorum restitutionem sanxit in  
 testamento suo: tanto tunc pretio-con-  
 stabant libri. Ab anno 1345 Abbas Montis  
 Majoris prope Arelatem erat, quando  
 declaratus est Cardinalis Presbyter de  
 S. Laurentio *in Damaso*. Is unicus e  
 novis Cardinalibus Monte Flasconis a-  
 derat: & anno sequente vitam edidit.  
p. 1032. Octavus & ultimus Franciscus Thebal-  
 descus Romanus, ac Romæ Prior Ec-  
 clesiæ S. Petri, unde vocatus est Cardi-  
 nalis de S. Petro, quamvis esset Cardina-  
 lis Presbyter de S. Sabina. Honorifica  
 ejus mentio fiet postea.

## §. X.

*Imperator Carolus IV Roma  
 versatur.*

**O**raverat Urbanus Carolum, ut ere-  
 ptores terrarum Ecclesiæ subacturus  
 exercitum in Italiam numerosum duce-  
 ret. Antequam vero hanc intraret, per  
 diploma Viennæ in Delphinatu 11 Apri-  
 lis anno 1368 datum, & sigillo munitum  
 aureo

aureo cunctas immunitates, ac donatio- Sæcul. XIV.  
nes ab Imperatoribus factas confirmavit, A. C. 1368.  
accurate recensens omnia Ecclesiæ Roma-  
næ jura, & possessiones: quia Paparum, p. 384.  
Rayn. 1368.  
& Imperatorum absentia diurna eas ve-  
hementer turbaverat, & multis usurpa-  
tionibus inquis locum dederat. Caro-  
lus Veronam delatus cum dominantibus  
in ea Scaligeris modica transegit pecu-  
nia: sed Mediolanum progressus nihil ibi  
obtinuit.

Igitur ad Papam iter persequens, die Vit. tñ. I. p. 771.  
Martis 17 Octobris attigit Viterbium; u-  
bi cum illo prandit. Tum Romam pe-  
tit: quo secutus eum Papa 22 ejusdem  
mensis advenit. Quem mille passus ab  
urbe Imperator expe<sup>c</sup>tabat in quodam  
S. Magdalenæ templo: unde pedibus il-  
lum comitabatur vehentis eundem equi  
frenum tenens: quod Sabaudiæ Comes  
ab altero latere faciebat. Ita pergebant  
ad Vaticanum; & Romæ opperiebantur  
Imperatricem: quæ, cum Cardinales  
omnes obviam venissent, die Dominica  
29 Oct. urbem intravit. Die Mercurii  
1. Nov. Papa rem divinam peregit ad a-  
ram S. Petri; & Imperatricem corona-  
vit; postquam Cardinalis Episcopi Ostien-  
sis manu de more inuncta fuerat. In sa-  
crificio Imperator Papæ librum liturgi-  
cum, ac linteum Eucharisticum seu cor-  
porale ministrabat, ut Diaconus; sed  
Evan-

**Sæcul. XIV.** Evangelium non legebat, nisi die natali  
A.C. 1368. Domini. Eodem festo Sanctorum O-

mniū Imperatrix coronata per urbem  
vehebatur equo usque ad templum La-  
teranense. Carolus coronatus fuerat an-  
no 1355: nec multo post impositam con-  
jugi coronam Roma discessit.

**Sup. lib. 96.**  
**§. 26.**

### §. XI.

#### *Errores in Anglia damnati.*

In Anglia novus Cardinalis Simon Lang-  
hamius Archiepiscopus Cantuariensis  
congregatis multis Theologiæ ac Juris  
Canonici Doctoribus condemnavit plu-  
rimos errores, quorum plerique fuere  
fructus subtilitatum scholasticarum. E-  
numerat triginta: vide ponderosiores!  
Quivis homo debet ante mortem suam  
habere claram visionem Dei, ac liberam  
optionem convertendi se ad Deum, aut  
inde se avertendi: atque secundum hanc  
electionem vel consequetur salutem, vel  
damnabitur. Quod intelligendum non  
de adultis modo, sed & de infantibus, iis  
quoque, qui moriuntur in utero materno,  
nec de Christianis tantum, verum etiam  
de Judæis, Saracenis, ac ethnicis. Ba-  
ptisma non est necessarium ad salutem il-  
lius, qui decedit infans: ac de salute in-  
fantis sacro fonte aspersi non minus du-  
bitandum est, quam de felicitate per-  
petua

**to. II. Conc.**  
**p. 2034.**

**n. 4. 5. 6.**